

DECISIONES
SUPREMORVM
TRIBUNALIVM
REGNI NEAPOLITANI

REGIJ COLLATERALIS CONSILIJ, S.R.C. CAPVANÆ;

Necnon Regiæ Camerae Summariae

SCIPIONE ROVITO

Iamdü Aduocationis munere in eisdem acerrimè functo, priüs Regio Consiliario assumpto, postea in R. C. Præsidente translato, nupèr verò Regium à latere Consiliarium agente, ac Regiam Cancellariam Regente

COMPILATORE.

TRIPlici ADDITO INDICE ARGVMENTORVM, SCILICET
Introituum earundem Decisionum, & Rerum omnium locupletissimo.

CVM ADDITIONIBVS, ET OBSERVATIONIBVS, ETIAM NOVISSIMIS

D. BLASIJ ALTIMARI L. C. NEAPOLITANI, PATRII FLORENTINI.

Tempore presentis Editionis, Regij Consiliarij S.R.C. Sanctæ Clarae. Et Regalis Patrimonij Officij Aduocationis, iam sancti.

In quibus Author ipse addit plures DD. nouitèr materias, de quibus D. R. Rovitus in his Decisionibus agit, enucleantes. Plures Decisiones post illas primò in lucem editas, in simili materia per diuersa Tribunalia, præcipuè Nostri Sacri Consilij Neap. & Regiæ Camerae Summariae emanatas, & plura alia ad materiam earundem Decisionum clarè, & breuiter obseruat.



NEAPOLI, Ex Typographia Nicolai Abri. M. DC. IC.


EXPERIORVM PERMISSV,
Expensis Antonij Belifsen.



AUTHOR AD LECTOREM.

Scribentium Ritus, unanimem iugiter fuisse Lector perpensi; perenniter scilicet, ac typis mandare opera voluere, Lectoris animum, vel candidi, aut beneuoli, vel amici, aut benigni, vel demum aequi titulis capere, eius perlegi: maxima tamen cum ratione, ut allectus nempe tot benemeritis nominibus Lector, in Authoris laudem potius, quam eius famae detractationem scripta eius ponderare dignaretur. At hoc errare multum expertus sum, dum Lectores, etiam honoribus his insigniti, vel talibus si non placet tituleis, semper doctrinas Authoris amici, benigni, aequi, insuli, beneuoli, necnon candidi tuertere studere. Quapropter ex his ansam sumens ipse indistincte, & problematicè ad Lectorem, praesentem scripsi Epistolam, in qua titulo insignienda, diu multamque anceps fui, necnon dubius satis, si beneuolo, vel maleuolo scribere debebam; neutri mens arripit; Alterutri iudicium annuit: Primum, quia haud opus esse beneuolo labores uouere; utpotè qui ex beneuolentia mendis erroribus parcere valeat; praecipue quando confusus est nostrum ingeniorum seculum paupertate abundare, & si qua pauca adsunt claudicare, ut plurimum videntur, cum proprium supra captum hominis sit non falli. Maleuolo scribere amentiam esse mens eadem existimauit, utpotè qui, etiam si librum nomine maleuoli edat, caninas possidens mores, absque morso transigere ipsum, etiam si vellet, non valebit, non inscia illius, tam diuulgati, quam aurei axiomatis. Naturalia sunt immutabilia. Secundum, quia Beneuolus me obiurgatione indignum censebit, quando non honore audus, non iactantia flumine tumidus Excellentissimi Doctoris D. R. ROVITI Decisiones commentatus sum; nam meas Additiones, Observationesque non in supplementum deflectionis aticulus tanti vtri composui: cum luce meridiana clarius pateat apud omnes perfectiorem, completiorumque inter omnes Iuris peritor nostri saeculi suis Decisionibus operam dari haud posse, ac sine furo confiteor aliud non meum fuisse intentum in his Additionibus, quam aliorum DD. post sui obitum, (qui malo nostrae Italiae fato die 11. Iunij hor. 13. à partu B. V. anno 1636. teste Reg. Galeot. controuers. 58. num. 7. lib. 2. contigit) in lucem editas sententias ad eandem materiam pertinentes, aggregare, ac colligere; ad omnium non minus faciliorem, quam utiliore tractatum; Propterea Decisiones omnes per diuersa Tribunaia, praecipue nostri S. C. ac Reg. Cam. quotquot adsunt, nullaque penitus derelicta adnotavi. At ut non simplex Collector, sed etiam sator à maleuolo existimarer, non pauca meo Marte, secundum sanctorem DD. sententias decisa, aliter decidenda iudicans apposui, inserui; nec etiam me piguit tantum vtrum à calumnijs aliorum liberasse, si qua forsitan occurrerunt in eis iustis Decisionibus aequa lance libranda, ipsumque rectè, ac bene loquutum fuisse offendat. Quae omnia haud dubiè si beneuolus amplexabitur à maleuolo de facili erunt reuocanda, supponente saltem me cum gemmeis Authoris Decisionibus, mei ingenij glandes. Additiones nempe miscuisse: malamque propterea concretionem imò prauam fecisse. At nec emuntis, ut dici solet naribus instabilem hanc, ebimeramque machinam tuam, quando vlla cum verecundia testor, me non peregrinum in his Additionibus

tionibus scribendis recognouisse, & si solus ruder mei discursus lapillos cum pretiosis adamantibus confudisse perceperim, non verebor proprio ore hoc confirmare, quando meas famulari Additiones, non aliter micare respectu ad suas Decisiones habito decreuit, imo lato animo iactor in se, famulatum meliori modo, quo potui vno ROUITO praestitisse. Vaciferetur igitur, indignetur ergo malignus quantum vult Lector, quia tanquam alter Cantis ad Lunam, ut adagium est, latrabit. At quid scribo, quid prosequor? Si maleuolum excludo, beneuolum non opto, quis meos indicet labores? quis mea perleget opera? Nullus certe, non hoc fatum permittat. Et beneuolo, & maleuolo scribere non verebor, ea magis, quia quamprimum nouas lucubrationes Dei permisso in lucem deprompturum spero. Vobis igitur annuo, asseroque, benignis, malignisque Lectoribus, quam citius in manibus vestris dare alia, forsitan meliora non solum ad dictum ROUITVM pertinentia, sed etiam perpolitum, ac inauditum De loco legali Tractatum. Alterutri dico, neutrum excludo, cum hac tamen distinctione pollicitationem obseruandam volo; ut a Beneuolo sano, ac fidei corde, praesens amplectetur labor, ut propter eximiam doctrinam, saltem propter iuuata benignitatis excessum, ipsumque obsecrans, si quid boni in hisce laboribus inesse comperias, Deo Optimo Maximo laudes tribue tum omne bonum ab eo, tanquam a prima causa descendat, & si quid mali perperam dictum aduertas, mea iuuenili aetate, quae vix quantum attingi lustrum deserat, a maleuolo vero, ut excipiat tanquam acutum calcar, & perennis stimulus ad parem, vel meliorem componendum, nec curans de fucatis laudibus non hortor, ut me laudes, cum detrahentis laudes sine detractiones, assero tamen prius ab inuidia veribus tua viscera deuotanda fore; quam tuis obtrectationibus aliquid mei honoris excerpas. Beneuole tibi dico Aue, & Vale. Maleuole te, deprecor, ut simile grandisue prolo mandes opus: ad hoc te irrito, ad hoc te laceffo.





DECISIONES SUPREMORVM TRIBVNALIVM REGNI NEAPOLIT.

REGIJ COLLATERALIS CONSILIJ, ET S. R. C. CAPVANÆ,
Nec non Regiæ Camerae Summariae.

SCIPIONE ROVITO

Iam diu Aduocationis munere in eisdem acerrimè functo, prius Regio Consiliario
assumpto, postea in Regiam Cameraam Præsidente translato, nuper verò Re-
gium à latere Consiliarium agente, ac Regiam Cancellariam Regente.

COMPILATORE

CVM ADDITIONIBVS, ET OBSERVATIONIBVS D. BLASII ALTIMARI
Regij Consiliarij Sacri Consilij Castri Capuani, & olim Regalis Patrimonij Aduocati.

SVMMARIVM.

- 1 Tertius ultra veniens in iudicium diversimodè ad-
mitti, & audiri solitum. Debet in eo tunc docere
suum interesse, nu. 2.
Et qualiter consideretur hoc interesse, hoc est re-
spectu rei, nu. 5.
Et respectu actionis, & exceptionis, nu. 6.
- 3 Tertius comparens in favorem pupilli, vel Repu-
blicæ, qualiter debeat audiri.
- 4 Interesse, ut tertius audiatur in iudicio, quo posito
sit probandum.
- 7 Tertius quo tempore veniat in iudicio, considerat-
ur: & quos effectus producat tempus ante sen-
tentiam, ibid. cum seq.
Quos autem tempus post sententiam, nu. 17.
- 8 Actor, vel reus quando possit remoueri à iudicio per
subingressum tertij ad omni suspiciendum.
- 9 Venditor ad coadiuvandum emptorem, qui super
proprietas rei vendit & fuerit conuentus, quo-
modò audiatur.
Creditor si suus debitor super proprietate rei pi-
gnorata litam sustineat, qualiter in eo iudicio pos-
sit audiri ibid. nu. 9. 11. & 37.
- 10 Comparens ad coadiuvandum actorem, vel reum
in iudicio, censetur approbare omnia acta facta
cum suo principali.

Interesse, quod tertius allegat in iudicio, si non
est unum, idemq; sed conuale cum interesse à
principali deducto: an ipse tertius audiatur, &
quid post latam sententiam, nu. 29.

Quid autem si interesse à tertio deductum sit
omnino separatum à iure deducto inter principa-
les colligentes, ita quòd veniat ad infringendum,
num. 12. & 30.

In quo num. 30. Obseru. Quod si compareat
alij creditores debitoris, post obtentam sententiam
ab uno ex colligantibus. Obseru.

Firmatur conclusio negativa, sed sex fallentia
adducuntur, de quibus nu. 15. vsq. n. 22. & n. 32.

- 14 Tertius an diuersis respectibus possit dici, quòd tam
actoris, quam rei personam sustineat.

Vbi quomòdum sit actor, vel reus in materia, I. dif-
famari, C. de ingenuis, & manumissis, & l. si
contendat, ff. de fideiussor. Obser.

- 15 Actio vniuersalis, si proponatur à tertio impedit
processum iudicij in actione particulari.

- 16 Actor, qui per sententiam possessionem à reo abdu-
xit: si idem reus ad alio de eadem re conueniatur,
debet in hoc iudicio in omnibus audiri.

- 17 Possessio per tertium in iudicio allegata facit, ut
superseatur in causa principali, & qua in hac
possessione sunt considerata. nu. 18. & 33.

- 19 Alienatio post litam motam non transfert nec do-